Fragmentarium

dispensatione consilii · ut incommutabilis dñs cuius uoluntas ·
non potest sua benignitate priuari primam pietatis suae
dispositionem sacramento occultiore compleret · et homo
diabolicae iniquitatis uersutia actus inculpam contra dñi p
positum non periret · Ingreditur ergo haec mundi infirma
filius dñi de caelesti sede descendens · et a paterna gtia non recedens ·
nouo ordine · noua natiuitate generatus · Nouo ordine · quia
inuisibilis insuis · uisibilis ē factus innris · Incomphensibilis
uoluit comphendi · Ante tempora manens ēē coepit extē
pore · Uniuersitatis dñs seruilem formam obumbrata ma
iestatis suae dignitate suscepit · Inpassibilis dñs non dedigna
tus ē ēē homo passibilis · et immortalis mortis legibus subia
cere · Noua autem natiuitate generatus · quia inuiolata uir
ginitas concupiscentiā nesciuit · substantiā ministrauit ·